



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hermanni Hamelmanni, S. S. Theol. Licent. & dum viveret
Superint. Oldenburgici, Opera Genealogico-Historica, De
Westphalia & Saxonia Inferiori**

Hamelmann, Hermann

Lemgoviae, 1711

VD18 11397225

Præfatio Typographi Ad Lectorem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56092)

cē extantis, vel ultra biennium denegata fuit. De-
 mum tamen post aliquot annos, liberalitate & inter-
 ventu Illustris Domini Baronis Leibnizii, quem ho-
 noris & grati animi causa hic nominamus, codicem
 manuscriptum, munificentia & permissu Serenissimi
 & Celsissimi Principis Guelpherbytani, nactus est piæ
 memoriæ vir, Clarissimus Dn. Wasserbachius, quem
 tibi benevole & cordate Lector partim primum exhi-
 bemus, partim ex editis libris, nusquam amplius ex-
 tantibus, adeoque manuscriptis non inferioribus,
 opus hoc concinnavimus. Quid in illo præstitum
 sit, æquus & benevolus Lector judicabit, vel saltem
 æqui bonique consulat. Et sit hanc operam nostram
 antiquitatis patriæ amantibus & eruditis viris non in-
 gratam fore cognoverimus, propediem ad editio-
 nem alterius tomi, juxta subjectum Catalogum, nos
 accingemus, atque in eo edendo tanto citius & me-
 lius properabimus, quia illa scripta, quamvis anti-
 qua, jamtum edita sunt. Tu interim benevole le-
 ctor, vale & fave.

VITA